









28.

~~P. N. 43.~~

5

QVOD. FELIX. ET. FAVSTVM.  
DEVS. ESSE. IYBEAT!  
A V T O R I T A T E

~~Pri. 27. num 23.~~

1668, 38

MAGNIFICI. JCTORVM. ORDINIS.

S V B. A R B I T R I O.

RECTORIS. MAGNIFICI.

21

V I R I.

PRAENOBILISSIMI. AMPLISSIMI. CONSVLTISSIMI.  
ATQVE. EXCELLENTISSIMI.

DN. ERNESTI. FRIDERICI.

SEHNÖTERS. HAEREDITARII. IN.

WZKENSTÄDE. JCTI. ET. ANTECESSORIS.

CELEBERRIMI. CONSILIARII. SAXONICI. SPECTA-

TISSIMI. CVRIAE. PROVINCIALIS. ET.

SCABINATVS. ASSESSORIS.

GRAVISSIMI.

DN. DOCTORIS. PROMOTORIS. AC. PA-

TRONI. SVI. OMMI. HONORIS. ET. OBSER-

VANTIAE. CVLTV. DEVENERANDI.

EXERCITATIONEM. IYRIDICAM.

D E.

LEGITIMATIONE.

IN. COMMVNI. ET. IN. SPECIE.

PVBLICO. SVBMITTIT. EXAMINI.

MARTINVS. NEUBERGER.

J E N E N S I S.

AVTOR. RESPONDENS.

AD. D. AVGVSTI. ANNI. clb. lcc. LXVIIII

JENAE. TYPIS. JOHANNIS. NISII,



U. 238. P. 464

16





INCLVTAE. REIPUBLICAE.  
JENENSIS.

SENATVI. SPLENDIDO.

VIRIS.

AMPLISSIMIS. CONSVLTISSIMIS.  
SPECTATISSIMIS. RERVM. VSV. ET. ADMINI-  
STRANDAE. REIPUBLICAE. PRVDENTIA.  
MAXVME. CONSPICVIS.

DNN. CONSVLIBVS.

POLIGRAPHO. CAMERARIIS. ET.

CETERIS. SENATORII. ORDINIS.

PATRIBVS. PATRIAE. CONSCRIPTIS.

DNN. PATRONIS. EVERGETIS. ET.

PROMOTORIBVS. SVIS. DEBITA.

REVERENTIA. ET. OBSEQVIO.

PLVRIMVM. SVSPICIENDIS.

EXERCITATIONEM. HANC. IVRIDICAM.

S V B M I S S E.

D. D. D.

MARTINVS. Neuberger. JENENSIS.

A V T O R.



PRO OE MIVM.

**R**omulus, Romani nominis & Imperii conditor, cum civibus suis leges, sine quarum autoritate Rempublicam suam diu non posse consistere, rectè coniciebat, proponeret, in illis & hoc constituabat, ut Patres jus vitæ & necis in liberos, per quod ipsos impune possent necare, haberent, quæ lex à Decemviris postea confirmata est, legibusque XII. Tabb. inserta. Sæpius autem Romanos patrum hoc jus exercuisse testantur passim historiarum monumenta. Prodeat hic Brutus, adsertor ille Romanæ libertatis; hic enim cum comperisset, filios suos id agere, ut Reges à se expulsos revocarent, protraxit ipsos in forum, & virgis cæsos securi percussit, Floro *lib. 1. cap. 9. n. 5.* referente. Sic quoque A. Fulvius filium in castra Catilinæ temerariò impetu ruentem, mediò itinere abstractum, supplicio mortis affecit. Val. Max. *lib. 5. cap. 8. n. ult.* Etsi quidem sine causâ justissima Patres liberis suis vitam adimere non poterant, Dn. Strauch. *diss. IV. th. 24.* nihilominus tamen jus hoc vitæ & necis in desuetudinem abiit, ita ut temporibus

A 3

Justi-



•••••

Justiniani modica tantum castigatio, l. 3. C. de Pat. pot. & tempore extremæ famis venditio, ne fame infans pereat, sed victus ei ab emtore præbeatur, l. fin. C. de Patrib. qui fil. suos dist. Patribus fuerit permiffa. Quod si atrocitas facti jus domesticæ emendationis excederet, Pater liberos judici puniendos offerre poterat d. l. 3. Dn. Strauch. d. l. Hodie nec venditio tempore extremæ famis locum habet, sed Magistratus casu tali contingente ex officio subvenire debet, Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXIII. th. 28. Sunt verò TRES causæ Patriam potestatem constituentem, MATRIMONIUM scilicet, LEGITIMATIO & ADOPTIO, ex quibus mediam istam, LEGITIMATIONEM nimirum, quantum tenues ingenii mei vires favebunt, locò speciminis publici in præsentium pertractaturus. Hoc ne fiat *à traxis* & sine ordine, quatuor constituam sectiones, ita ut in prima de legitimatione in communi, in reliquis tribus sequentibus de tribus legitimationis speciebus agatur. In qualibet verò sectione primò proponam theses, his deinde controversias illustriores, à Dd. agitari solitas, subnectam. Faxit DEVS, ut  
fiat feliciter!

SECTIO



5  
SECTIO I.

De  
LEGITIMATIONE IN  
COMMUNI.

§. 1.



Vm circa nomen legitimationis vix quicquam notatu dignum occurrat, statim me confero ad rem ipsam. Labet verò in presenti eandem cum Dn. Strauchio *diff. IV.*

*lib. 1.* definire hunc in modum: LEGITIMATIO EST ACTVS LEGITIMVS, QVO LIBERI NATVRALES LEGITIMI EFFICIUNTVR.

§. 2.

Generis vice *actus legitimus*, seu talis actus, qui à Jure Civili inventus & introductus est, collocatur. Et rectè quidem: Cum enim differentia liberorum in naturales & legitimos à Jure Civili originem trahat, *Nov. 74. c. 7. Novell. 89. c. 1. & c. 9.* non est dubium, quin & actus ille, quo liberi naturales legitimi efficiuntur, ex eodem jure descendat.

§. 3.

Differentia petita est I. à *subjecto operationis*, quod sunt *liberi naturales*, qui in Græcis *Novellis* *νότοι*, item, *Φυσικοὶ παῖδες*, *ἢ οἱ Φυσικοὶ* appellantur. Sciendum verò vocem naturalium liberorum esse admodum ambiguum: Dicuntur enim Liberi naturales (n.) ex justis nuptiis procreati, quoties adoptivis opponuntur *pr. & §. 7. l. de adopt. §. 4. l. de exher. lib. §. 2. l. de inoff. testam. §. 2. &*

A 3

§. 110



§. 11. *l. de hered. qua ab int. des. l. 31. ff. de adopt. l. 2. §. 6. ff. ad SCt. Tertull. (2.) in servitute suscepti l. 88. §. 12. ff. de Legat. 2. l. 17. §. 4. ff. ad SCt. Treb. l. 17. §. 1. ff. qua in fraud. cred. (3.) ex concubina nati, quæ acceptio in Jure Civili est frequentissima, & in præsentis obtinet.*

## §. 4.

Obiter hic nota, concubinatum Jure Civili permiffum esse *l. un. C. de Concub. l. 5. C. ad SCt. Orpbit.* Quod tamen non ita accipiendum est, quasi concubinatus Jure Civili simpliciter sit approbatus; sed ita, quod nulla poena Jure Civili in eum sit statuta *l. 3. §. 1. ff. de Concub. Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXX. tb. 88. Dn. Strauch. diff. II. tb. 24.* Jure tamen novissimo plane est prohibitus, per Leonis *Novell. 91. Recess. Imp. de Anno 1530. 1548. Dn. Struv. d. l. tb. 89. in fine.*

## §. 5.

Quod dictum est, legitimationis subjectum esse *liberos naturales*, id de *Jure Civili* accipiendum est. *Hodiè ex consuetudine non tantum naturales liberi, sed & spurii legitimantur. Dn. Struv. S. J. C. Ex. III. tb. 53. Dn. Strauch. diff. IV. tb. 2. Schultz. Synop. Inst. de Nupt. lit. b.* Quamvis verò spuriorum appellatione hodiè omnes veniant, qui extra legitimum matrimonium sunt nati, omnes tamen jure legitimari non possunt. Quod quidem attinet ex fornicatione & stupro natos, illi ex communi Dd. opinione ad legitimationem rectè admittuntur; adulteros verò & incestuosos jure legitimari non posse, egregiè ostendit *Dn. Strauch. diff. IV. tb. 3.*

## §. 6.

Desumpta est II. legitimationis differentia in definitione



DE LEGITIM. IN COMM.

7  
tione superius data, ab eisdem effectu, qui per ultima  
verba (*efficiuntur legitimi*) designatur. Legitimi verò in  
præsenti dicuntur effici, qui jura ac privilegia legitimo-  
rum liberorum, e. g. jura suitatis, successionis atque alia  
consequuntur.

§ 7.

Dividitur legitimatio in tres species, quarum (1.) est,  
quæ fit PER SUBSEQUENS MATRIMONIUM. (2.) PER PRINCI-  
PIS RESCRIPTUM. (3.) PER CVRIAE OBLATIONEM Dn. Struv.  
S. J. C. Ex. III. tb. 48. Dn. Strauch. diff. IV. tb. 4. De tri-  
bus his speciebus in tribus sequentibus sectionibus dicturus  
sum uberius. Erat olim & quartus legitimandi modus, nim.  
per *arrogationem*, ab Anastasio introductus, l. 6. C. de  
nat. lib. Hic tamen à Justino l. 7. C. eod. & Justiniano No-  
vell. 74. c. 3. Nov. 89. c. 11. §. 2. iterum sublatus est.

§. 8.

Multum verò à legitimatione differt *Dispensatio*:  
Per hanc enim natalium defectus non tollitur in totum,  
sed secundum quid, sive certo in casu, ut e. g. quis pro  
legitimo habeatur in casu successionis, ultra quem dispen-  
satio extendi nequit, quia stricti juris est. Gail. 2. obs. 142.  
n. 6. & ult. Deinde dispensatio non tantum in eo est oc-  
cupata, ut tollat hunc vel illum natalium defectum, sed  
ad alia quoque objecta sese extendit. Sic versatur circa  
nonnullos consanguinitatis & affinitatis gradus in conjun-  
ctionibus permittendis, qui aliàs prohibiti sunt.

Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXIX.

tb. 49.

Q. I.



Q. I.

Num rectè legitimatio per actum legitimum, tanquam per Genus, definiatur?

**N**egat hoc Ludwel. *in Comm. ad §. fin. 1. de Nupt.* ideò, quod genus hoc sit nimis angustum, & legitimatiōi per subsequens matrimonium non conveniat. Sed frustra: Cum enim & hæc legitimatiōis species à Jure Civili inventa sit & introducta, non video, quid obftet, quo minus per actum legitimum, tanquam per genus, definiri possit.

Q. II.

Dantur ne hodiernum liberi naturales?

**S**ententiæ negativæ subscribunt Jctorum plurimi, ob hanc rationem, quia extra matrimonium omnis concubitus, adeoque & concubinatus hodiè est prohibitus.

Affirmativa tamen sententia videtur esse verior, pro qua ita argumentari lubet: *Si datur hodie concubinatus, dantur quoq; hodiè liberi naturales.* Ratio connexionis est, quia liberi ex concubitu nati sunt naturales; *sed datur hodiè concubinatus;* Id quod probatur exinde, quia datur maris & foeminae citra affectionem maritalem conjunctio, Dn. Struv. *S. J. C. Ex. XXX. tb. 86.* Dn. Strauch. *diff. II. tb. 24.* *Dantur ergò hodiernum quoq; liberi naturales.*

Ad rationem pro negativa sententia allatam Resp. *Id prohibitum vel permissum esse non involvi in concubinatus*



natus conceptu specifico; Vnde sicut non sequitur: *Incestus est prohibitus, E. non dantur liberi incestuosi*; ita parimodò nulla est consequentia: *Concubinatus hodiè est prohibitus, E. hodiè non dantur liberi naturales.*

## Q. III.

An liberi ex concubina nati etiam ante Constantinum naturales sint dicti?

Qui negativæ subscribunt, pro fundamento adducunt *Princip. pref. Nov. 89.* ubi hæc habentur: *Naturalium nomen Romane legislationi dudum non erat in studium (s. dno mūdago in Græco est), nec qualibet circa hoc fuerat humanitas, sed tanquam alienigenum aliquid & omninò alienum à Republica putabatur. A Constantini verò, pie memorie, temporibus in constitutionum scriptum est libris.*

Rectius tamen id affirmat Dn. Strauch. *disf. IV. tb. 2.* ubi hanc suam sententiam probat ex *l. naturalis 7. ff. de conf. tut. & l. Lucium 45. ff. de vulg. & pupill. subst.*

Ad locum pro negativa sententia adductum Respondet, quod, quando dicitur, *s. dno mūdago*, hoc non significet, naturalium nomen tum nondum in usu fuisse, sed, naturalium liberorum à legislatoribus non habitam curam fuisse, id quod & illa indicant verba: *Romane legislationi; in constitutionum scriptum est libris.*

B

## Q. IV.



## Q. IV.

An nati ex concubitu sponsi cum  
sponsa, cui non accessit sacerdo-  
talis copula, sint illegitimi, adeo-  
que legitimatione indigeant?

**R**esp. Negando; Ratio est, quia ex matrimonio es-  
sentialiter perfecto sunt suscepti. Sacerdotalis enim  
copula ad ipsam matrimonii essentiam non pertinet, sed  
est saltem solennitas quaedam Ecclesiastica, quæ potest adesse  
se atque abesse salvâ matrimonii essentiâ. Vid. Dn. Struv.  
*S. J. C. Ex. XXIX. tb. 26. Ex. X. tb. 16. Ex. XXXVIII. tb. 22. S. J. F.  
cap. IX. apb. 3. n. 13. Dn. Strauch. diff. XI. tb. 21.*

Dissentiunt, qui copulam sacerdotalem ad ipsam ma-  
trimonii essentiam spectare statuunt. Hoc verò confir-  
mant I. ex eo, quod nuptiæ consent mutuo contrahen-  
tium consensu, quem publicè in conspectu Ecclesiæ exprimi  
debere dicunt. Verum ad hoc Resp. (1.) concedo qui-  
dem, quod nuptiæ mutuo contrahentium consensu con-  
sent, hoc tamen falsum est, istum consensum publicè in  
conspectu Ecclesiæ debere exprimi. Deinceps (2.) positò,  
quod publicè declarari debeat, non tamen exinde sequitur,  
sacerdotalem copulam ad matrimonii essentiam spectare.

Probationis loco adducunt II. quod olim Romæ de  
essentia matrimonii fuerit deductio sponsæ in domum  
sponsi *l. 15. ff. de Condit. & Demonstr. l. 5. ff. de Ritu Nupt.* in  
hujus verò locum successisse sacerdotalem copulam. Sed  
Resp. (1.) peti id, quod est in principio: Videlicet ad huc

con-



controversum est, an copula sacerdotalis successerit in locum deductionis Romanorum in domum; (2.) falsum esse, quod olim deductio in domum ad matrimonii essentiam pertinuerit, id quod patet ex *l. 66. ff. de Donat. inst. vir. & ux.* Leges superius adductæ hoc saltem probant, quod deductio necessaria fuerit ad nuptias consummandas.

## Q. V.

## An liberi illegitimi etiam invitati legitimari possint?

Doctores in hac questione inter se maximè dissentiunt. Alii affirmativam tenent, negativam alii, iterum alii distinctione rem expediunt.

*Affirmativam* tenet Harprecht *in Comm. ad §. fin. I. de Nupt. n. 6. seqq.* quam defendit (1.) ex *l. fin. ff. de his, qui sui vel al. jur.* ubi dicitur: Invitati filii naturales, vel emancipati, non rediguntur in patriam potestatem (2.) ex eo, quod invito beneficium non datur *l. invito 69. ff. de R. J.* (3.) ex *Novell. 89. c. 11.* ubi diserte hoc constituit Justinianus.

Qui *negativa* subscribunt, urgent (1.) hoc, quod publicè inter sit, ex illegitimis fieri legitimos, cui liberi renunciare non possint, *arg. c. si diligenter 12. extr. de For. comp.* Resp. Harprecht. *d. l.* legitimationem secundariò saltem Reipublicæ, primariò autem utilitatem liberorum, respicere; his verò, quæ per consequentiam ad utilitatem publicam pertinent, renunciare permissum esse *l. juris gentium. 7. §. si paciscar 14. ff. de Pact.* (2.) quod quis alte-



rius, etiam inviti, conditionem reddere possit meliorem *pr.*  
*l. quib. mod. toll. oblig. l. 39. ff. de negot. gest.* Resp. Harprecht  
*d. l. quod is*, qui legitimat aliquem invitum, non omnino  
 ipsius conditionem faciat meliorem, dum eum conjiciat  
 in patriam potestatem. (3.) probant in specie, consen-  
 sum liberorum requiri in legitimatione per subsequentes  
 nuptias, & quidem exinde, quod hæc legitimationis spe-  
 cies potius à lege publica, quam à voluntate patris profici-  
 scatur. Quoties autem ipso jure solâque lege quid fieri di-  
 citur, toties consensum factumve hominis excludi *arg.*  
*§. 3. l. de Hered. que ab int. def.* Resp. Harprecht, positò,  
 quod hæc legitimationis species à lege publica profici-  
 scatur, exinde tamen non sequi, quod liberorum consensus  
 non desideretur, cum hunc lex expressè exigat. *d. Nov. 89.*  
*cap. 11.*

Denique Dn. Strauch. *disf. IV. th. 13. distingvit* inter  
 legitimationem per subsequens matrimonium & ceteras le-  
 gitimationis species, dicens, in his requiri quidem libero-  
 rum consensum, in illa verò minimè, sed ejus vi liberos in  
 patriam redigi potestatem etiam invitos.

## Q. VI.

An legitimatio in tres species, supe-  
 rius adductas, rectè dividatur?

Dictum est superius in §. 7. hujus sectionis, quod tres  
 tantum legitimationis sint species, *legitimatio (1.) per*  
*subsequens matrimonium. (2.) per Principis rescriptum.*  
*(3.) per curia oblationem.* Quam divisionem plurimi re-  
 jiciunt, ideò, quod in diviso adhuc quædam contineantur  
 mem-



membra, quæ in membris dividendis, modò allegatis, non reperiantur.

Pro qua sententia stabilienda urgent I. Nov. 117. c. 2.  
 Et *auth. Si quis C. de Nat. lib.* ubi mentio injicitur legitimationis per *nominationem filii*, cum scilicet pater in instrumento publico, vel privato quidem, propriâ tamen manu conscripto, & à tribus testibus fide dignis, suscripto, *filium naturalem simpliciter filium* nominat, non adjectâ appellatione *naturalis*, quæ legitimatio tam efficax est, ut etiam concubina uxor legitima, & reliqui naturales, si qui sunt, præter expressè nominatum, legitimi efficiantur. Respond. hunc legitimandi modum ad legitimationem per subsequens matrimonium pertinere; hoc ipsò enim, quod pater filium naturalem simpliciter filium nominat, præsumitur patrem concubinam maritali affectione respexisse, Dn. Struv. *in not. MSS. ad S. J. C. Ex. III. tb. 48.* Dn. Strauch. *disf. IV. tb. 4.* Ludwel. *in Comm. ad S. fin. I. de Nupt.* Schultz. *Synop. Instit. de Nupt. lit. 1.*

II. Adducunt Nov. 74. c. 2. Nov. 89. c. 10. *auth. item sine C. de nat. lib.* ubi de legitimatione *ex testamento* agitur, quando videlicet pater in testamento scripsit, quod liberos naturales legitimos sibi velit esse successores: Tunc enim naturales liberi testamentum patris Principi ostendere, ejusq; confirmationem ab eo petere possunt, quâ impetratâ statim legitimi efficiuntur. Resp. hanc legitimationem pertinere ad eam, quæ fit per Principis rescriptum, adeoque non constituere novam & peculiarem legitimationis speciem. Vid. S. 4. *sect. III.* Add. Dn. Struv. *in not. MSS. ad S. J. C. d. l.*



III. Pro dissentientibus allegari potest *l. 6. in fin. C. de nat. lib.* ubi agitur de legitimatione per arrogationem. Resp. hanc legitimationem abrogatam esse per *seq. l. 7. C. eod. & Nov. 74. c. 3. Nov. 89. c. 11. §. 2. Dn. Struv. in notis d. l.* Vid. §. 7. hujus sectionis.

## SECTIO II.

De

LEGITIMATIONE PER  
SUBSEQUENS MATRI-  
MONIVM.

§. 1.

INventa est hæc legitimationis species à Constantino Magno Imperatore, sicut apparet ex *l. 5. C. de nat. lib.* repetita à Zenone *d. l. 5.* Anastasio *l. 6. C. eod.* & Justino *l. 7. C. eod.* aucta denique à Justiniano *l. 10. l. 11. C. eod. Nov. 12. c. 4. Nov. 18. c. 11. Nov. 19. pref. Nov. 74. pref. & c. 1. Nov. 78. c. 4. Nov. 89. c. 8.* Describi potest LEGITIMATIO PER SUBSEQUENS MATRIMONIVM, quod SIT ACTVS LEGITIMVS, QVO PARENS LIBEROS NATVRALES DVCENDO CONCVBINAM VXOREM EFFICIT LEGITIMOS. Dn. Struv. *S. J. C. Ex. III. tb. 49.* Dn. Strauch. *disf. IV. tb. 7.*

§. 2.

Pleraque, quæ ad intellectum descriptionis hujus facere videntur, in *sect. I.* ubi de legitimatione in communi actum fuit, sunt proposita. Sufficiat hic annotasse illa, quæ ad hanc legitimationem in specie requiruntur. Requiritur autem *l. ut cum concubina legitimus matrimonium*

initio



DE LEGIT. PER SVBS. MATRIM. 15  
initio constare potuerit §. fin. Inst. de Nupt. l. 10. l. 11. C.  
de nat. lib. Novell. 12. c. 4. Novell. 117. c. 2. Necessse igitur  
& hoc est, ut concubina initio fuerit mulier libera.  
d. §. fin. I. de Nupt. l. 10. C. de nat. lib. hoc tamen Justinianus  
sustulit, ita, ut idem in ancilla concubina, si modo prius,  
quam ducitur, manumittatur, obtineat. Novell. 18. c. ult.  
Nov. 78. c. 3. Pac. in anal. §. fin. I. de Nupt. Moribus ho-  
diernis sufficit, si tempore partus cum muliere possit esse  
matrimonium. Dn. Strauch. dis. IV. tb. 10.

§. 3.

Requiritur II. ut matrimonium cum concubina legiti-  
me contrahatur, quod sicut alias etiam in mortis articulo  
fieri potest; ita & hic in legitimatione per subsequens ma-  
trimonium. Fusius hoc pertractatum vide inferius in qua-  
estione I. hujus sectionis.

§. 4.

Requiruntur III. dotalia sive nuptialia instrumenta,  
atque haec Jure Civili necessaria esse, patet exinde, quod  
in omnibus locis, ubi de hac legitimatione agitur, simul il-  
lorum mentio injiciatur. §. fin. I. de Nupt. §. 2. I. de hered.  
qua ab int. def. l. 10. l. 11. C. de nat. lib. Nov. 12. c. ult. No-  
vell. 18. c. ult. Nov. 74. in pr. pref. Nov. 89. c. 8. Hinc etiam  
legitimatio per subsequens matrimonium legitimatio per  
dotalia instrumenta aliquando appellatur. Sunt vero ne-  
cessaria non ad ipsam matrimonii essentiam, sed ad con-  
tracti matrimonii probationem, quae tum temporis erat fe-  
re unica. Dn. Struv. S. J. C. Ex. III. tb. 50. Dn. Strauch. dis.  
IV. tb. 7. Jure Canonico nuptialia instrumenta nec ad pro-  
bationem quidem sunt necessaria, Dd. ad c. tanta 6. extr.  
qui filii sint leg. Brandmyller. in manud. ad Jus Can. & Civ.

pag. 191.



pag. 191. Id quod moribus hodiè observatur, quia ex publicis proclamationibus, solenni deductione in templum atque sacerdotali copula matrimonium sufficienter probari potest.

Nota I. quod in hac legitimatione nihil interfit, sive post contractum matrimonium liberi nascantur, sive non, sive nati iterum ex hac luce subtrahantur. §. 2. *I. de Hered. que ab int. def. l. 10. l. 11. C. de nat. lib. Nov. 12. c. 4. Nov. 18. c. ult. Nov. 74. pr. pref. Nov. 89. c. 8.*

## §. 6.

Nota II. quod hodiè ex consuetudine legitimentur non tantum naturales liberi, sed & spurii, si mulier, ex qua suscepti sunt, uxor ducatur.

## §. 7.

Nota III. quod liberi naturales etiam post matrimonium aliquod intermedium hoc modo legitimari possint, e. g. *Titius habet concubinam, atq; ex ea suscipit liberos naturales: Dimittit postea concubinam atq; justam uxorem matrimonio sibi jungit. Hac demortua dimissam antea concubinam ducere atq; liberos naturales ante matrimonium intermedium susceptos legitimare potest.* Fiunt verò hoc in casu naturales liberi ab eò tempore legitimi, quo justas nuptias parens cum concubina contraxit. Extra hunc casum à tempore nativitatis suæ legitimæ fuisse finguntur. Dn. Strauch. *disf. IV. tb. 9.*

## §. 8.

Effectus hujus legitimationis est, quod legitimati omnia jura ac privilegia legitimè natorum consequantur, ita, ut inter hos atque illos nulla sit differentia. *l. 10. C. de nat.*



DE LEGIT. PER SVBS. MATRIM.

17

*nat. lib. Dn. Struv. S. J. C. Ex. III. tb. 51. S. J. F. cap. 9. apb. 3. n. 12.* Per matrimonium enim omne antecedens vitium purgatur. *c. tanta 6. extr. qui filii sint legit. Dn. Strauch. dis. IV. tb. 7.* Hinc I. succedunt eodem modo, quò legitime nati. *§. 2. versic. quibus connumerari I. de Hered. que ab int. def. l. 10. C. de nat. lib. Nov. 12. c. 4. Nov. 89. c. 8. Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXXVIII. tb. 19. Dn. Strauch. dis. XI. tb. 19. Gothofred. ad Novell. 89. c. ult. lit. c. Schultz. Synops. Inst. de Hered. que ab int. in specie, de successione per subsequens matrim. legitim. tit. a. p. m. 211. & 213.* Nec tantum in rebus allodialibus, sed & in feudalibus. *Dn. Struv. S. J. F. cap. 9. n. 3. n. 12. B. Vngepaur. ad c. tanta 6. extr. qui filii sint legit. & Ex. Justin. 9. q. 6. Schultz. d. l. II.* Iphis debetur legitima, sicut legitime natis. *Dn. Struv. S. J. C. Ex. X. tb. 11. III.* Possunt instituere querelam inofficiosi. *Nov. 12. c. 4. in fin. Dn. Struv. S. J. C. Ex. X. tb. 16. Gothofred. ad Novell. 89. c. ult. lit. c. IV.* Jus primogenituræ consequuntur. *B. Vngepaur. ad c. tanta 6. extr. qui filii sint legit. Gothofred. ad l. 10. C. de nat. lib. lit. i. Harprecht. in Comm. ad pr. l. de Hered. que ab int. def. n. 279. nisi adsint liberi ex matrimonio intermedio procreati. Dn. Strauch. dis. IV. tb. 9. Gothofred. ad Nov. 89. c. ult. lit. c. Vid. §. 7. hujus sectionis. V.* In collegia opificium sunt admittendi. Et licet in eorum statutis (in ibren *Zunungs-Articulu*) cautum sit, quod non nisi legitime nati sint recipiendi, legitimati tamen per subsequens matrimonium excludi non possunt: Operatur enim hæc legitimatio illud, ut liberi legitimati à tempore nativitatis suæ legitimi fuisse fingantur. *Dn. Strauch. dis. IV. tb. 9.* Atque hinc ex juris interpretatione rectè quoque legitime nati indigitantur.

C

Q. I.



## Q. I.

An legitimatio per subsequens matrimonium fieri possit in articulo mortis?

**R**esp. Affirmando. Ratio est, quia matrimonium in mortis articulo rectè contrahitur *arg. l. 106. ff. de Condit. & dem.* Huc accedit, quod, cum quis liberos illegitimos in mortis articulo per subsequens matrimonium vult legitimare, consensus, qui nuptias facit, non ad præsens matrimonium pertineat, sed de affectione maritali, retrò habita, testetur, faciatque præsumptionem pro matrimonio. *l. 10. versic. neg. enim verisimile C. de nat. lib. Dn. Strauch. diff. IV. tb. 7.* In mortis verò articulo matrimonium hic dicitur contrahi, non quod ab homine in agone mortis jam constituto, sed quod à valdè ægroto, & de sua reconvalescentia ferè desperante contrahitur. Et hæc sententia passim à Doctoribus defenditur. Vid. Dn. Struv. *s. 7. C. Ex. III. tb. 50.* & in *not. MSS. ibid.* Dn. Strauch. *d. l.* Schultz. *Synops. Inst. de hered. que ab int. def. in specie de successione per subsequens matr. legitim. p. m. 211.*

Dissentientes opponunt I. quod is, qui ita contrahit, finem matrimonii, nempe sobolis procreationem, non possit habere præsuppositum. Resp. (1.) etiam valdè ægrotus spem recuperandæ salutis & tollendæ sobolis habere potest, secundum vulgatum: *Ægroto dum anima est, spes esse dicitur.* (2.) Sobolis procreatio non est matrimonii finis unicus & solus, sed præter hunc & alius, mutuum



tuum nim adjutorium, datur. (3.) Spes illa hic præcisè non requiritur: Sicut enim non obest liberis legitimandis spem de futuris liberis non impleri, vid. §. 5. *bujus sectionis*; ita illis quoque non oberit, spem planè non adesse.

II. Objiciunt, quod in matrimonio dos constituenda sit, quod verò in mortis articulo fieri nequeat, *l. 20. ff. de Jure dot.* Resp. (1.) nuptias etiam sine dote esse posse *Nov. 74. c. 4. Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXX. tb. 1.* (2.) non dicitur in adducta. *l. 20. ff. de Jur. Dot.* dotem in articulo mortis constitui non posse, sed, quod dotis stipulatio non valeat, concepta specialiter in hoc tempus, quo matrimonium futurum non sit. *Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXX. tb. 8.*

III. Vrgent hoc, quod fraude parens agere videatur, dum aliis personis debitam successionem hac legitimatione, in articulo mortis demum suscepta, auferat. Resp. (1.) hic non præsumi animum fraudandi: Non enim verisimile est, aliquem in articulo mortis constitutum in cujus quam fraudem, salutis æternæ immemorem, quicquam facturum esse. (2.) positò, quod aliquando fraus subsit, usus tamen propter abusum non tollendus, & favor partus hic præferendus est.

Alia adhuc, præter adducta, dissentientes urgere solent argumenta, ea tamen sunt facillima, & refutantur, dum leguntur.

## Q. II.

An legitimatio per subsequens matrimonium suscipi possit, extantibus liberis legitimis?

C 2

Resp.



**R**esp. affirmando: Licet enim. *in l. 5. C. de nat. lib.* requiratur, ut non adsit ex iusto matrimonio suscepta proles, id tamen mutatum est per *Nov. 12. c. 4.* ex qua desumpta est *auth. quod jus. C. de nat. lib.*

Obicitur à dissentientibus *auth. præterea C. de nat. lib.* quæ desumpta est ex *Nov. 18. c. fin.* atque proinde *Nov. 12.* derogare videtur. Resp. (1.) non sequi, potest quis naturalem filium legitimare, quando legitima proles non existit, id quod dicitur in *d. auth.* E. non potest, quando existit. (2.) *Nov. 18. c. fin.* loquitur de legitimandis liberis ex ancilla concubina natis. Vid. Dn. Struv. *in not. MSS. ad S. J. C. Ex. III. tb. 50.*

### Q. III.

An nepos, ex filio naturali legitime procreatus, legitimari possit avo, si hic defuncto filio naturali concubinam ducat uxorem?

**U**T status controversiæ evadat clarior, finge talem casum: Titius procreavit ex Semproniam concubinam Medium, qui legitime cum alia contrahit, & postquam filium suscepit, moritur. Queritur jam, si postmodum Titius Semproniam matrimonio sibi jungat, an natus ex defuncto Medio, filio naturali, respectu avi fiat legitimus.

Id quod affirmat Dn. Struv. *S. J. C. Ex. III. tb. 50.* Harprecht *in Comm. ad S. fin. I. de Nupt.* ubi pluribus affirmativam sententiam confirmat.

Objici



Objici verò potest I. quod iam tum sit legitimus, utpote ex legitimo matrimonio procreatus. E. non opus erit legitimatione. Resp. quod quidem legitimus sit respectu Mavii, non verò respectu Titii.

II. Quod filio naturali defuncto principium legitimationis deficiat. Resp. principium legitimationis ab ipso quoque nepote procedere potest, quippe de quo respectu avi legitimando agitur. Vid. Dn. Struv. *in not. MSS. ad dict. loc.*

## Q. IV.

An legitimati per subsequens matrimonium succedant in feudis?

**R**esp. Affirm. Legitimati enim per subsequens matrimonium omnia legitimorum liberorum jura E. & successionem in feudis consequuntur. Vid. §. 8. hujus sectionis.

Dissentientes urgent II. *f. 26. §. naturales*. Sed Resp. *d. §.* non posse intelligi de legitimatis per subsequens matrimonium: Nam ob hanc rationem legitimati à feudi successione ibi excludi videntur, quod successores feudales debeant ex primi acquirentis sanguine legitimè descendere. Jam verò legitimati per subsequens matrimonium censentur etiam ex primi acquirentis sanguine legitimè descendisse, quia matrimonium, quod subsequitur, ante tempus conceptionis liberorum illegitimorum contractum fuisse fingitur. Fictio autem in jure veritati equiparatur. *l. si is qui 15. ff. de Usurp. & Usucap.* Aliter respondet *ad §. naturales*. Harpr. *in Comm. ad pr. l. de Hered. que ab int. def. n. 319.*



Quibusdam tamen in locis secundum speciales constitutiones legitimati per subsequens matrimonium ad successionem in feudo non admittuntur. Dn. Struv. S. J. F. c. 9. apb. 3. n. 12. in fine.

## Q. V.

An legitimatus per subsequens matrimonium succedat in feudo, quando illud legitimè natis concessum est?

**A**Rdua hæc est controversia & in utramque partem à Dd. solet agitari. Verba ex quibus præsens disceptatio oritur, in investituris ut plurimum sic habent: *Pro se & heredibus feudalibus ex corpore legitimè descendentibus.* Vor sich und seine ehelich gebohrne Leibes-Lebens-Erben. Amplector autem cum Dn. Struvio S. J. F. cap. 9. apb. 3. n. 12. & Hartm. Pistor. lib. 2. q. 41. sententiam affirmativam: Cum enim secundum jus commune legitimati per subsequens matrimonium in omnibus legitimè natis æquiparentur, adeò, ut de illis quoque statuta, quæ de legitimè natis loquuntur, sint accipienda, manifestum est, tam vasallum, quam dominum huic communi juri sese accommodasse & de legitimè natis verba facientes, simul etiam per subsequens matrimonium legitimatos intellexisse, ut adeò, relicta subtili & rigorosâ verborum explicatione, verba secundum verisimilem contrahentium mentem hic sint interpretanda, Hartm. Pistor. d. lib. 2. q. 41. n. 20. seq.

Sed



Sed hic in contrarium moveri solent plurima, quorum potiora, cum quaestio sit alicujus momenti, adducam. Opponitur autem I. quod qualitas juncta verbo vel participio, intelligenda sit de tempore verbi vel participii cui jungitur. Jam cum quis *pro se & legitimè natis*, sive, *ex corpore legitimè descendentibus* investitur, tunc qualitas, quæ per vocabulum *legitimè* denotatur, juncta est participio ipsum nativitatis tempus respicienti. Sequitur ergo, quod ista qualitas debeat adesse ipsò nativitatis tempore, quò tamen in legitimatis per subsequens matrimonium non adest. Resp. qualitas ista in legitimatis per subsequens matrimonium etiam nativitatis tempore adest, quia ad hoc tempus in hac legitimatione legitimitas retrahitur.

II. Adducunt vulgatam istam Jctorum regulam, qua dicitur, quod verba semper verè & naturaliter, non autem civiliter sive per fictionem sint intelligenda, ut adeò secundum hanc regulam, verba investituræ superius adducta, de legitimè natis reverà talibus, non verò de legitimatis per subsequens matrimonium, qui saltim finguntur esse legitimè nati, intelligi possint. Resp. adductam regulam tum demum procedere, quando inter illud, de quo verba naturaliter, & istud, de quo per fictionem intelliguntur, magna est diversitas, unde in præsentì applicari nequit, quia nulla planè est diversitas inter legitimè natum & per subsequens matrimonium legitimatum. Alias, præter hanc, adfert responsiones Hartm. Pist. lib. 2. q. 41. n. 29. seqq.

III. Objiciunt, quod verba semper ita sint interpretanda, ut ne minimum frustra usurpatum videatur. Frustra igitur in investitura nativitatis tempus considerari, nisi verba de legitimè natis, reverà talibus, intelligantur. Resp.  
verba



verba investituræ non esse frustra posita, licet simul sub illis legitimati per subsequens matrimonium intelligantur, quia adhuc hanc habent efficaciam, ut excludant legitimatos per Principis rescriptum.

IV. In suam sententiam dissentientes hoc afferunt, quod Dominus & Vasallus videantur maximè respexisse ad honorem & dignitatem familiæ, neque connivere voluisse in aliquod dedecus, cui voluntati convenientius sit, si legitimati per subsequens matrimonium à feudi successione excludantur. Resp. positò, quod Dominus & Vasallus ad honorem & dignitatem familiæ respexerint, exinde tamen non sequitur, quod legitimati per subsequens matrimonium à feudi successione sint excludendi, quia honorem & dignitatem familiæ nullò modò minuunt, neque aliquod dedecus ipsi inferunt, cum non sint infames, aut levi aliqua macula notati, sed potius ex communi Dd. opinione ad omnes honores admitti debeant.

V. Opponent, quod verba investituræ expressè de legitimè natis loquantur, ab illis igitur non sit recedendum *l. non aliter. 69. in princip. de legat. 3.* Resp. tum demum à verbis recedere non debemus, quando aliunde probari nequit, quod quis aliud senserit *d. l. 69.* Præsenti verò casu contrahentes aliud sensisse, in principio hujus quæstionis sufficienter ostensum fuit.

VI. Cum tres sint modi, quibus quis fieri solet legitimus, per *nativitatem*, per *subsequens matrimonium*, & denique per *Principis rescriptum*, exinde opponitur porrò, quod contrahentes in investitura modum *nativitatis* expressè elegerint, reliquis duobus modis exclusis. Resp. *ex cò*, quod contrahentes in investitura de legitimè natis loqvuti



loqvuti, sunt, non sequitur ipsos elegisse modum nativita-  
tis, quia legitimati per subsequens matrimonium juris in-  
terpretatione rectè quoque legitimè nati dicuntur.

VII. Argumentantur à materia substitutionis ad præ-  
sentem h. m.: Si legitimatus per subsequens matrimonium  
substitutum non excludit, quando in substitutione de le-  
gitimè natis sermo est, sequitur, quod non succedat in  
feudo, quando investitura de legitimè natis loquitur. Prius  
verum est. E. & posterius. Resp. falsum esse, quod legiti-  
matus per subsequens matrimonium substitutum non ex-  
cludat; ex hæctenus enim dictis elici potest, quod omninò  
ipsum excludat.

Alia adhuc supersunt argumenta, quæ tamen exigui  
sunt ponderis. Videantur illa apud Hartm. Pist. d. l. ubi  
hæc controversia per aliquot paginas diducta est uberius.

Notandum autem, quod tum demum sententia af-  
firmativa obtineat, *quando de mente Domini concedentis,  
& Vasalli acquirentis, nihil certius habetur.* Si verò aliun-  
de probari potest, quod idèo contrahentes hæc verba usur-  
parint, ut etiam legitimatos per subsequens matrimonium  
excludant, tum utique sententia negativa locum habebit.  
Hartm. Pist. d. l. n. 36.

## Q. VI.

An per subsequens matrimonium  
legitimatus in Camera Imperiali  
Assessoris officio fungi possit?

Negativam amplectitur Harprecht *in Comm. ad §. fin.*  
*I. de Nupt. urgens Ord. Cam. part. 1. tit. 3. §. 1. ubi hæc*  
habent.

DD



habentur: Desgleichen sollen die Beyfizer alle eines erbaren  
Wesens und Wandels / auch rechter / natürlicher / ehelicher  
Geburt seyn.

Affirmativa tamen in dubio probabiliter defendi po-  
test: Cum enim hi, ut supra dictum, secundum jus commu-  
ne in omnibus legitimè natis æquiparentur, adeò, ut etiam  
sub statutis, quæ de legitimè natis loquuntur, comprehen-  
dantur, verisimile non est, quod conditores istius ordinatio-  
nis per verba illa contra jus commune ipsos ab officio Af-  
fessorum excludere voluerint. Videantur illa, quæ in qua-  
estione præcedente sunt proposita.

### SECTIO III.

## De LEGITIMATIONE PER PRINCIPIS RESCRI- PTVM.

§. I.

Secunda legitimationis species est legitimatio per Princi-  
pis Rescriptum. Hanc ab Imperatore Justiniano. *Nov. 74.*  
*l. 2.* introductam, & *Novell. 89. c. 9. & 10.* repetitam esse  
communiter statuunt. Ante Justinianum tamen Divus quo-  
que Marcus & Lucius Imperatores Flaviæ Tertullæ liberos  
illegitimos hõc modò legitimârunt, sicut apparet ex *l. qui  
in provincia 57. ff. de Ritu Nupt.*

EST VERÒ LEGITIMATIO PER PRINCIPIS RESCRIPTVM  
ACTVS LEGITIMVS, QVO PRINCEPS LIBEROS NATVRALES JV-  
BET



DE LEGIT. PER PRINCIP. RESCIP. 27

BET ESSE LEGITIMOS SUPPLICI LIBELLO A PATRE VEL IPSIS  
LIBERIS NATURALIBVS ROGATVS.

Cum membra descriptionis hujus satis clara atque  
perspicua esse videantur, non opus erit, ut ejusdem expli-  
cationi immorer. De cetero, ut legitimatio hæc suscipi  
possit, requiritur I. *ut pater liberos per priorem legitimandi  
modum legitimare nequeat*, h. e. ut concubinam, ex  
qua liberos suscepit, matrimonio sibi jungere impediatur,  
propter impedimentum aliquod facti, e. g. quia alterius  
sacerdotium intervenit, vel concubina mortua est, &c.  
*Nov. 74. c. 2. pr. Nov. 89. c. 9. pr. auth. præterea C. de nat.  
lib. Dn. Struv. S. J. C. Ex. III. tb. 53. Dn. Strauch. dis. IV.  
thef. 12.*

§. 3.

Requiritur II., *ut non extent liberi ex legitimo matri-  
monio procreati. Nov. 89. c. 9. pr. auth. præterea C. de nat.  
lib. Dn. Struv. S. J. C. Ex. III. tb. 53. Dn. Strauch. dis. IV.  
tb. 12.* Quod si semel ritè facta est legitimatio, non re-  
scinditur, quantumvis postea patri ex justo matrimonio  
liberi nascantur, quia filium temporalem habere non con-  
venit *l. 34. ff. de adopt. Dn. Strauch. d. l.*

§. 4.

Requiritur III. *si ipsi naturales legitimationem à Prin-  
cipe petunt, ut ipsorum pater, qui propter fortuitos casus  
hoc facere non potuit, in testamento scripserit, quod eos  
legitimos sibi velit esse successores.* Hoc si factum, testa-  
mentum Patris Principi ostendere, ejusque confirmatio-  
nem ab eo supplici libello impetrare debent. *Nov. 74. c. 2.  
pr. Nov. 89. c. 10. auth. item sine C. de nat. lib.*



## §. 5.

Ea, quæ hætenus dicta sunt, *Jure Civili* obtinent. Ceterum, ut pateſcat, quid *hodiè* moribus obſervetur, no-  
tentur ſequentia I. Non tantum naturales liberi, ſed etiam  
*ex fornicatione & ſupro nati* per Principis Reſcriptum le-  
gitimantur. Quin extenditur hoc ad *adulterinos & ince-  
ſtuos*, ita, ut hi, quod ipſorum perſonas attinet, abſque  
præjudicio aliorum legitimi efficiantur per ſingularem  
Principis diſpenſationem. *c. per venerabilem 13. extr. qui fi-  
lii ſint legitim.* Dn. Struv. *S. J. C. Ex. III. tb. 53.*

## §. 6.

II. Legitimantur hodiè liberi illegitimi per Principis  
Reſcriptum, licet per ſubſequens matrimonium legitimari  
poſſint. Dn. Strauch. *diſf. IV. tb. 12.* etiam liberis juſtis ex-  
tantibus. Dn. Struv. *S. J. C. Ex. III. tb. 55.*

## §. 7.

III. Fieri ſolet hæc legitimatio in moderno Reipubli-  
cæ noſtræ ſtatu ab *Imperatore* vel immediatè, vel mediatè,  
mediantibus ſcil. *Comitibus Palatinis*. Dn. Struv. *S. J. C.  
Ex. III. tb. 54.* Dn. Strauch. *diſf. IV. tb. 11.* Principum ta-  
men, Comitum atque Baronum liberorum legitimatio-  
nem Imperator ſibi ſoli reſervat. Dn. Struv. *d. l.* Scien-  
dum verò, quod non omnibus Comitibus Palatinis indi-  
ſtinctè legitimandi poteſtas competat, ſed iis ſaltim, qui-  
bus ea in diplomate ſpecialiter eſt conceſſa. Sic Nicodemo  
Friſchlino, ſummo iſti Poëtæ atque Oratori, unicum  
Notarios creandi beneficium à Rudolpho II. conceſſum eſt.  
*Mund. de Comitib. Palatin. cap. 1. num. 38.* Magnifico verò  
Dn. D. Richtero, Anteceſſori hujus Salanæ longè ce-  
leberimò, Comiti Palatino Caſareo, &c. in ſpecie poteſtas le-  
giti-



gitimandi, etiam nobilium spurios, (nisi enim & hoc Comiti Palatino in specie sit concessum, nobilium spurios legitimare nequit) à Ferdinando III. data est. Verba diplomaticis cum non parum lucis huic materiae afferant, hic exscribam: Der vorbenante Doctor **Christoph Philipp Richter** soll und mag auch Manns- und Weibs-Personen / Edel und Uedel (allein Fürsten / Graven und Freyherrn Geschlecht außgenommen) Jung und Alt / die außserhalb der H. Ehe geböhren seind / wie die Nahmen haben / legitimiren und ehelich machen / und mit denselben ihrer Racul und Vermäiligung der unehelichen Gebuhre halben dispensiren / solche Racul und Vermäiligung von ihnen gänglichen auffheben / abthun und vernichten / und sie in die Ehr und Würde des ehelichen Standes setzen und erheben / Also daß denen / so / wie obsteht / von ihm / Doctor **Christoph Philipp Richter** / geehelicht und legitimirt, solch ihre uneheliche Geburt weder inner- noch außserhalb Gerichts / und sonst in keine andere Weise / zu keiner Schmach und Schande fürgehalten / noch sie deren in einigen Händeln oder Sachen entgelten / sondern für ehelich gehalten / und zu allen Ehren / Würden / Zünfften und Handwercken / wie andere / so von Vater und Mutter ehelich geböhren seind / angenommen und zugelassen werden / und derselben / auch aller und ieglicher Gnaden / Freyheiten / Vortheil / Recht und Gerechtigkeit / auch gute Gewohnheiten mit Lehen und Meintern / zu haben / zu tragen / Lehen und all andere Gericht und Recht zu besitzen / Urtheil zu schöpffen / Recht zu sprechen / in allen und jeglichen Ständen und Sachen / und des alles empfänglich / darzu tauglich und gut / auch aller Erbschafft / es sey durch Testament, letz-



ten Wissen / Donation, oder aber ab intestato und alle andere Wege fähig seyn / und sich dessen alles und jedes / samt und sonderlich freuen / gebrauchen und genießen sollen und mögen / doch andern natürlichen Erben in ab- und aufsteigender Linien derselben Geschlechter / an ihren gebührenden Erbschafften und Legitima unvorgegriffen und unschädlich.

§. 8.

IV. Legitimare quoque possunt *Status Imperii* tam alienos subditos, quam suos, ita tamen, ut legitimati pro legitimis agnoscantur solum in legitimantis territorio, in alieno verò minimè: Aliàs enim injuria fieret alius territorii domino, quando in eo legitimatus sese submitteret. Dn. Strauch. *disf. IV. th. 11.*

§. 9.

V. Etiam *Pontifex Romanus* Jure Canonico legitimare potest, c. *per venerabilem 13. extr. qui filii sint legit.* Hanc tamen potestatem, si habet, habebit tantum in provinciis sibi subjectis, nimirum in parte Italiae, quam *Patrimonium Petri* appellare solent, in parte Hetruriae, in parte regni Burgundici, quae Avenionensis Comitatus dicitur, & denique in regno Neapolitano, in quo directum dominium Pontifici, utile Regi Hispaniae competit.

§. 10.

Ut verò natura legitimationis per Principis Rescriptum plenius intelligatur, lubet rescriptum Petri Obernburgers ex *Mundio de Comit. Palat. cap. 3. n. 108.* hic adponere: Ich Peter Obernburger zum Thain/Röm. Kayf. Majestät / unsers allergnädigsten Herrn / Reichs-Hofrath und Secretarius, auch Comes Palatinus, bekenne öffentlich mit diesem Brieff / und thu kundt allermänniglich / als ver-  
schie-



schlenener Zeit / weiland der Aller-Durchläuchtigst / Groß-  
 mächtigst und Unübertwindlichste Fürst und Herr / Herr  
 Carl der Fünffte des Nahmens / Römischer Kayser / zu al-  
 len Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / rc. Königt-  
 mein Allergnädigster Herr / Hochlöblichster Gedächtniß /  
 von wegen etlicher meiner Vor-Eltern / und meiner selbst /  
 Ihrer Majestät und dem heiligen Römischen Reiche geleis-  
 sten Treuen / langwierigen und gehorsamen Diensten / und  
 aus andern mehr redlichen Ursachen / auch sondern Gna-  
 den / mit wohl-bedachtem Ruthe / gutem / zeitigem Ra-  
 the / eigener Bewegniß und rechtem Wissen / aus Kayser-  
 licher Macht / Vollkommenheit / mir unter andern statt-  
 lichen Begnadungen und Privilegien / auch diese besondere  
 Freyheit Allergnädigst verliehen und mitgetheilet / daß ich  
 unehlich gebohrne Leute in den Standt der ehelich Gebohr-  
 nen setzen / ihnen solche Macul abnehmen / und sie zu allen  
 und jeden Digniteten und Officien habitiren möge / wie Ih-  
 rer Majestät darüber verfertigter Kayserlicher Brieff / der  
 sich in Lateinischer Sprache mit diesen Worten: Carolus  
 Quintus, divina favente clementia, &c. anfänget / dem  
 auch ferner diese nachfolgende Clausul, nemlich: Insuper  
 eadem auctoritate Caesarea, &c. einverleibt / und am Dato  
 also lautet: Datum in oppido nostro Bruxellensi, &c.

Wann nun der Ehr-Würdige Joachim Schlanger /  
 Pfarrer zu Tegernbach / mir fürbracht / welcher massen  
 er mit einer ledigen Weibs-Person vier Kinder / mit  
 Nahmen / Paulus / Joachim / Barbara und Magdalena /  
 ausser der H. Ehe erzeuget und erworben hätte / und mich  
 darauff angelangt und gebetten / daß ich von gedachten seinen  
 Kindern die empfangene Macul und Vermäiligung der  
 unehel-



SECTIO III.

**U**nehelichen Geburt auffheben / vertilgen und abthun / und  
 sie in die Ehre und Würde des ehelichen Stands setzen und  
 erheben wolte / so hab ich demnach auff solche seine ziemliche  
 Bitte / mit wohlbedachtem Muth und rechtem Wissen / in  
 Krafft meines habenden Gewalts und Käyserlicher Frey-  
 heit / in der aller besten und beständigsten Weise / Maß und  
 Form / wie es immer Krafft haben soll und mag / mit den  
 bemeldten Geschwistern / Paulusen / Joachimen / Bar-  
 bara und Magdalena / ihres unschuldig empfangen Gebre-  
 chen / Macul und Vermäiligung der ehelichen Geburt hab-  
 ber / dispensirt, dieselbe gänzlich auffgehoben / abgethan  
 und vertilget / und sie in den Stand und Würden der ehe-  
 lich-gebohrnen Leute gesetzt und erhebt / Thue auch solches  
 alles hiemit und in Krafft diß Brieffs / also / daß gedach-  
 ten Geschwistern / Paulusen / Joachim / Barbaren und  
 Magdalenē / solche ihre uneheliche Geburt / weder inner- noch  
 außserhalb Rechts / Gerichts / noch einige andere Weise /  
 zu keiner Schmach oder Schande fürgehalten / noch sie derer  
 in einigen Händeln und Sachen entgelten / sondern für ehe-  
 lich gehalten / und zu allen Ehren / Würden / Aemtern /  
 Zünfften und Handwercken / wie andere / so von Vater und  
 Mutter ehelich gebohren seyn / angenommen und zugelassen  
 werden / auch aller und jeglicher Gnade / Freyheit / Vor-  
 theil / Recht / Gerechtigkeit und Gewonheiten / auch Bür-  
 gerrecht in Städten / Märckten und Flecken zu haben / Aem-  
 ter zu tragen / Recht zu besitzen / Urtheil zu schöpfen / und  
 Recht zu sprechen / in allen Geschäften / Versamlungen /  
 Handthierungen / und allen andern / immassen alle andere  
 Ehelichgebohrne in geistlichen und weltlichen Sachen und  
 Ständen / empfänglich / darzu tauglich und gut seyn / auch  
 gedach-



DE LEGIT. PER PRINCIP. RESCRIPT.

gedachtes ihres Vaters / Joachim Schlangers / Nahmens  
Schild / Helm und Kleinod haben und führen / sich deren  
auch / zu allen ehrlichen Sachen / und nach ihrem Willen  
und Wohlgefallen gebrauchen sollen und mögen / von aller-  
männiglich unverbündert / doch den rechten natürlichen Er-  
ben in ab- und aufsteigender Linien / an ihren gebührenden  
Erbthesen unvergreiflich und unsehädlich / mit Urkunde  
dies Brieffs / den ich mit eigener Hand unterschrieben / und  
meinem Palatinat-Zusigel / dessen ich in dergleichen Sachen  
mich gebrauche / besiegelt habe / Geben zu Prag den 24.  
Tag des Monats Martii, nach Christi unsers lieben HErrn  
und Heilands Geburt / funffzehnhundert und im acht und  
achtzigsten.

§. II.

Effectus hujus legitimationis est, quod legitimi  
omnia legitimè natorum liberorum jura, paucis quibus-  
dam exceptis, consequuntur, ita, ut inter hos atque illos  
exigua supersit differentia. Hinc ipsis debetur legitima.  
Dn. Struv. s. J. C. Ex. X. th. 12. possunt instituere querelam  
inofficiosi. Dn. Struv. d. Ex. th. 16. In collegia opificum  
sunt recipiendi. Plerique hujus legitimationis effectus in  
ipsis Rescriptis solent recenseri. Vid. Mundium de Comit.  
Palat. lib. III. n. 97. ubi sequens præjudicium ex Carpzovio  
in causa W. à L. Mens. Januario 1609. adducit: Ist einer /  
von welchem eure Frage meldet / von zweyen ledigen Per-  
sonen auffer der Ehe gezeuget / nachmahls aber von weiland  
Nicolao Reufnero, Comite Palatino, Krafft habender Kay-  
serlicher Majestät Begnadigung / legitimirt worden / ic.  
ist er auff erlangte solche Legitimation das Bürger-Recht  
allhier zu Leipzig zu suchen wohl befugt / B. R. W.

E

§. 12.



Notanter dixi: *Paucis quibusdam exceptis*, quia casus nonnulli, in quibus pro legitimè natis non habentur, sunt excepti. Sic I. non succedunt in rebus allodialibus, si extant liberi legitimi, nisi post factam legitimationem sint nati, aut Princeps mortuò patre, vel, si adhuc vivit, cum ejusdem consensu clausulam de succedendo expressè adjecerit Dn. Struv. *S. J. C. Ex. III. tb. 55. & Ex. XXXVIII. tb. 19.* item *S. J. F. cap. 9. aph. 3. n. 10.* Dn. Strauch. *diff. XI. tb. 19.* Schultz. *Synops. Inst. de hered. quæ ab int. def. in specie de successione per Rescriptum Principis legitim. p. m. 212.* II. Non succedunt in feudis Dn. Struv. *S. J. F. cap. 9. aph. 3. n. 8.* Dn. Strauch. *diff. XI. tb. 19.* Gothofredus *ad Nov. 89. c. fin. lit. c.* Schultz. *d. l. lit. e.* Sunt tamen certi casus quibus in feudis succedunt, qui videri possunt inferius in quæstione 3. hujus sectionis. III. Non fiunt nobiles, secundum nonnullorum sententiam, nisi Princeps clausulam de consequenda nobilitate expressè adjecerit. IV. Non consequuntur jus primogenituræ.

## Q. I.

An legitimatio per Principis Rescriptum revocetur per subsequens matrimonium?

UT de sensu quæstionis eò melius constet finge talem casum: *Titius ex Sempronia, quam in concubinato habet, suscipit filium naturalem. Hic per subsequens matrimonium legitimari nequit, quia Titius Semproniam ob impedimen-*



dimentum aliquod ducere prohibetur. Legitimat<sup>ur</sup> ergò per Principis Rescriptum. Accidit deinde, ut impedimentò remòtò Titius Semproniam matrimonio sibi jungat. Quæritur jam, an per subsequens hoc matrimonium legitimatio per Principis Rescriptum revocetur.

Resp. N. Factum enim legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quò non potuit inchoari *c. factum 73. de R. J. in 6to. Add. l. 85. ff. eod.*

Obstat *l. existimo 89. ff. de V. O.* ubi dicitur, quod ea, quæ ab initio constituerunt, resolvantur, quando in eum casum recidunt, à quò incipere non potuerunt. Resp. Harprecht *in Comm. ad pr. I. de Hered. quæ ab int. def. n. 242. § 298. seqq.* (1.) quod regula, quæ in *d. l. 89.* affertur, non ab omnibus Jctis fuerit approbata, id quod arguunt verba: *Maximè secundum illorum opinionem.* (2.) quod regula ista tum demum vera sit, quando aliquid nondum perfectum est & consummatum: quando verò res aliqua suum effectum jam sortita est, tunc *d. c. 73. § d. l. 85.* obtinere.

## Q. II.

An Comes Palatinus suos proprios liberos possit legitimare?

Respond. Affirm. Ratio, quia legitimatio per Principis Rescriptum est actus voluntariæ Jurisdictionis. Dn. Strauch. *disf. IV. th. 11.*

Dissentit Harprecht. *in Comm. ad §. fin. I. de Nupt. n. 38 seqq.* Opponit autem I. quod legitimatio per Prin-



cipis Rescriptum causæ cognitionem desideret, *arg. l. 19. §. pen. ff. de adopt. id quod Comes Palatinus in causa liberorum expedire nequeat. l. 10. ff. de Jdict. l. fin. §. pen. c. ubi Sen. vel claris. civil. vel crim. conv.* Resp. Distinguendo inter actus Jurisdictionis contentiosæ & voluntariæ. Illi quidem in causa liberorum expediri non possunt, id quod allegatæ leges probant; hi tamen possunt *l. 3. 4. ff. de adopt. l. 18. ff. de manum. vind.* Legitimatio verò, eeu modo dictum, est actus voluntariæ Jurisdictionis. Dn. Strauch. *diff. IV. tb. 11.*

II. Objicit, quod nullum Principis Privilegium ita sit accipiendum, ut ansam & occasionem delinquendi præbeat *l. 5. l. 6. ff. de pact. dot.* Diploma igitur, in quò ab Imperatore Comiti Palatino liberos illegitimos legitimandi potestas concessa est, de propriis liberis intelligi non posse, quia Comes Palatinus illicitâ Venere invitaretur ad delinquendum. Resp. potestas proprios legitimandi liberos est causa delinquendi saltim per accidens. Deinde, si hæc ratio aliquam haberet efficaciam, per eam tota legitimatio per Principis Rescriptum tolleretur. Denique si Comes Palatinus peccare vellet, inveniret procul dubio alios Comites Palatinos, qui facili negotio ipsius spurios legitima-  
rent.

III. Urget *text. cum gloss. in. c. per venerabilem 13. §. insuper cum Rex. extr. qui filii sint legit.* ubi soli Regi vel Principi proprios liberos legitimandi potestas singulariter concedi putat. Respondetur. Si textus penitus inspicitur, hoc ibi non dicitur; & positò quod Jure Canonico ita dispositum sit, illud tamen Imperatorem non stringeret, quò minus Comiti Palatino hanc potestatem  
con-



concedere possit. Glossam quod attinet, illa non auditur, nisi praegnantibus habeat rationes.

## Q. III.

An legitimati per Principis Rescriptum in feudis succedant?

**R**esp. Neg. Ratio est, quia Princeps sua legitimatione Domino feudi & agnatis praedjudicare non potest; Domino quidem, si feudum est novum, cui hoc aperitur, si legitimatus non habet fratres; agnatis vero, si feudum est antiquum, ad quos hoc devolvitur, si proximiores agnati deficiunt. Quod adeo verum est, ut etiam obtineat, quando Princeps legitimans est ipse feudi Dominus. Vid. *Dn. Struv. S. J. F. c. 9 aph. 3. n. 8. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 40.* Sunt tamen nihilominus certi casus in quibus legitimati per Principis Rescriptum in feudis succedunt, & quidem, (1.) Si consentiunt, quorum subest praedjudicium, Dominus nim., & agnati. (2.) Si legitimati in investitura sunt comprehensi. Requiritur autem, si hisce casibus legitimatus per Principis Rescriptum in feudo velit succedere, ut in specie ad hoc sit legitimatus, id quod non quilibet Comes Palatinus, sed ille tantum, cui in specie ad successionem in feudo legitimandi potestas est concessa, facere potest.

## Q. IV.

An per Principis Rescriptum consen-

E 3

tuen-



ciente patre legitimati succedant  
in feudo antiquo, quando legiti-  
matio absque agnatorum consen-  
su suscepta fuit?

**N**Eg. quia juri succedendi, quod agnatis in prima in-  
vestitura quæsitum est, Princeps præjudicare nequit.  
Deinde, sicut Princeps legitimans in sciò patre, vel, post ejus  
obitum legitimatione suâ agnatis non potest præjudicare,  
ita nec patre consentiente. Dn. Struv. *S. J. F. cap. 9. apb. 3.  
n. 10.* Hartm. *Pist. lib. 2. q. 40. n. 24. seqq.*

Qui affirmativæ sententiæ subscribunt I. argumen-  
tantur à rebus allodialibus ad res feudales, dicentes, sicut  
per Principis Rescriptum consentiente patre legitimati in  
allodialibus succedunt; ita simili in casu succedent quoque  
in feudalibus. Resp. aliam esse rationem rerum allodia-  
lium atque feudalium: in illis enim liberam quis habet  
disponendi facultatem; in his verò minimè.

II. Concludunt ita: Si Princeps consentiente patre  
illegitimum in substituti præjudicium, ut videlicet hunc  
à successione excludat, legitimare potest, sequitur, quod  
etiam aliquem legitimare possit ad successionem rerum  
feudalium, non requisitò agnatorum consensu, & ita in-  
corum præjudicium. Antecedens verum est. E. & conse-  
quens. Ut antecedens rectius intelligatur, forma talem  
casum: *Titius instituit Mævium heredem, hinc Sempronium  
sub hac conditione, si absque liberis decesserit, substituit.  
Moritur deinde Mævius, relicto filiò per Principis Rescriptum  
legimatò, atque hic Sempronium substitutum excludit.*

Resp.



DE LEGIT. PER PRINCIP. RESCRIPT. 39

Resp. Neg. consequentiam majoris: Agnati enim in feudis firmiter & potentius jus quæsitum habent, quam substitutus in re testamento sibi relicta. Deinde notant Dd., illud absolutè verum non esse, legitimatum per Principis Rescriptum excludere substitutum: Fallit enim, si testator de legitimè natis expressè loquutus est.

III. Urgent absolutam Principis potestatem, cujus vi Princeps legitimando illegitimum jus agnatorum adimere possit. Resp. Negando, quod Princeps agnatorum jus jure adimere possit, quod si de facto illud adimat, facit hoc, non ut verus & bonus Princeps, sed ut Tyrannus.

IV. Cum vident, quod ista conclusio, qua dicitur, *Principem per absolutam potestatem facere posse, quodcumque ipsi libeat*, sit imbecilla admodum, eandem limitant atque dicunt, quod ad minimum locum habeat *in jure querendo seu consequendo*, ita, ut hoc Princeps pro lubitu auferre possit. Respond. positò, quod Princeps jus quærendum seu consequendum auferre possit, agnatorum tamen jus succedendi non est jus quærendum, sed jamtum quæsitum, in primâ scil. investiturâ. Aliam responsionem vide in Hartm. Pistor. d. lib. 2. q. 40 n. 44.

V. Objiciunt, quod Princeps per legitimationem, non directè agnatis jus succedendi auferat, sed tantum indirectè, dum eum, quia ad successionem inhabilis erat, efficiat habilem. Resp. Principem agnatis jus quæsitum planè non auferre posse, sive id faciat directè, sive per indirectum.

VI. Pro sua sententia stabilienda afferunt hoc, quod Princeps legitimatione hac jus agnatorum non tollat planè, sed tantum differat, id quod ipsi permissum sit. Resp.  
peti



40 DE LEGIT. VI. RESCRIPT. SECTIO IV.  
peti id, quod est in principio. Falsum enim est, quod possit  
agnatorum jus quaesitum differre.

## SECTIO IV.

### De LEGITIMATIONE PER OBLATIONEM CVRIAE.

§. 1.  
Superest tertia legitimationis species, videlicet *legiti-  
matio per oblationem curiae*. Haec licet ab usu recesserit,  
atque proinde non opus esse videatur, ut ejus natura expli-  
cetur, tamen, ut nihil antiquitatis penitus ignoretur. §. 1.  
*I. de ord. testam.* animus est, brevibus eam delineare. ERAT  
IGITUR LEGITIMATIO PER OBLATIONEM CVRIAE ACTVS LE-  
GITIMVS, QVO LIBERI NATVRALES FIEBANT LEGITIMI, DVM  
VEL FILII CVRIAE OFFEREBANTVR, VEL FILIAE CVRIALIBVS  
COPVLABANTVR. Dn. Struv. *S. J. C. Ex. III. thes. 56* Dn.  
Strauch. *disf. IV. tb. 5.* Dicitur in *Nov. 89. c. 6. in fin. legi-  
timatio per transitum ad curiam.*

§. 2.  
Cum ea, quae in hac descriptione sunt allata, aliqua  
fortassis luce indigeant, pauca quaedam pro ejusdem expli-  
catione adducere lubet. Dicitur *I. Vel filii curiae offere-  
bantur*. Ubi sciendum, per *curiam* hic non denotari aulam  
Principis, ut Accursius existimat, vid Dn. Strauch. *disf. IV.  
tb. 6.* Ludwel. *in Comm. ad §. fin. I. de Nupt.* sed collegium  
eorum,



eorum, qui in municipiis consilii publici causa erant constituti. Atque hi dicebantur *Curiales*, item, *Decuriones*, quia, quando oppidum aliquod incolis erat destitutum, deducebant eò colonos, & *decimam* partem Curiaē adscribebant. Erant autem municipia urbes Italiae, quibus beneficii loco à Romanis jus militandi dabatur, sicut refert Dn. Strauch. *disf. IV. tb. 5.* Originem huic legitimationi varia curialium onera dedere: His enim cum plurimi se subtraherent, atque sic curiaē paulatim decreverent, Theodosius hunc legitimandi modum, ne ad interitum planè redigerentur, excogitavit *l. 3. C. de nat. lib.* quem confirmavit postea Leo *l. 4. C. eod.* atque Justinianus *l. 9. C. eod. Nov. 89. c. 2. seqq.* Dn. Strauch. *d. l. Calvin. Lexic. Jurid. in voce Curiales.*

§. 3. Debebat verò pater filium naturalem si ex municipio ortus erat, Curiaē istius municipii, si ex villa aut vico, Curiaē municipii, cui villa aut vicus tributa persolvebat, si ex Roma aut Byzantio, ubi non Curia, sed Senatus erat, Curiaē alicujus metropoleos offerre *l. 3. C. de nat. lib. Novell. 89. c. 2. §. 2. & 3.* Mortuò patre filii naturales semetipsos offerre poterant, sed tunc demum, si non extabant liberi legitimi; patri verò etiam extantibus liberis legitimis naturales Curiaē offerre permissum erat. *Nov. 89. c. 2. §. 1. add. l. 9. §. 2. & 3. C. de nat. lib.* A patre verò & illi oblatis esse censebantur, quos ipse in testamento Curiaē designaverat. *Nov. 89. c. 2. §. 1. vel Curiaē honore heredes scripserat dict. Novell. 89. c. 6.*

§. 4.

Dicitur II. *Vel filia curialibus copulabantur. l. 3. C. de nat.*

F

nat.



*nat. lib. Nov. 89. c. 2. pr. & c. 3. §. 1.* Id quod etiam in favorem Curiaë introductum est: Cum enim curialium liberi curiales quoque fieri deberent *d. l. 3. C. de nat. lib. d. Novell. 89. c. 3. §. 1.* & verò hi ob onerosam conditionem non facile uxores invenirent, constitutum est, ut filiaë naturales, quæ nubere curialibus, hòc ipsò efficerentur legitimæ. Ceterum cujus municipii curialibus naturales filiaë elocanda fuerint, patet ex principio §. præcedentis, quæ enim ibi de filiis dicta sunt, eadem & hic in filiabus locum habent. Vid. *Nov. 89. c. 2. §. 3.*

## §. 5.

Qui hòc modò legitimati erant, tantum *parenti*, non verò ejus quoque agnatis vel cognatis, sive in perpendiculari, sive in collateralis linea constitutis, fiebant legitimi. Unde ipsis ab intestato succedere non poterant, poterant tamen ex testamento *l. 9. C. de nat. lib. Nov. 89. c. 4.* Patri verò & ab intestato, & ex testamento succedebant. §. 2. *l. de her. qua ab int. def. d. l. 9. C. de nat. lib. Novell. 89. c. 3.* cui quoque permissum erat, tantum ipsis donare, quantum legitimis & naturalibus simul. *l. 9. §. 3. C. de nat. lib. Novell. 89. c. 3. pr.* Quod si semel in oblationem consenserant, non poterant postmodum paternam hereditatem repudiare, ut curialium conditionem evitarent *l. 4. C. de nat. lib. Nov. 89. c. 3. pr.* Si verò initiò in legitimationem non consentiebant, postmodum verò res donatas aut relictas velin totum, vel ex parte possidere aut alienare videbantur, curiales fieri cogebantur, etiam invitati. *l. 3. C. de nat. lib. Nov. 89. c. 3. §. 1.*

## §. 6.

De cetero, quia mutata conditione municipiorum,  
& De-



& Decurionum, hic modus exolevit, Dn. Struv. S. 7. C. Ex. III. tb. 59. Dn. Strauch. diff. IV. tb. 6. Schiltz. Synops. I. de Hered. que ab int. def. in specie, de success. per obl. cur. legit. lit. b. p. m. 214. hactenus dictis supersedeo. Qui plura legere desiderat, adeat sæpius allegatam Nov. 89. ubi fufius hæc sunt exposita.

## Q. I. ET VLT.

An naturalis filia vel spuria legitimè nato copulata fiat legitima?

DICTUM est superius in §. 4. sectionis hujus, quod olim filia naturalis curiali copulata facta sit legitima. Occasione hujus quæritur jam, *an hodiè naturalis filia vel spuria legitimè nato copulata legitima efficiatur?* Et Resp. Neg. quia hic legitimandi modus in Jure nullum planè habet fundamentum.

Qui affirmativam sententiam amplectuntur, sequentia argumenta adducunt (1.) *l. si quis 3. C. de nat. lib.* (2.) *1. ad Corintb. 7. v. 14.* ubi dicitur, quod uxor per maritum sanctificetur. (3.) *Hebr. 13. v. 4.* ubi Apostolus inquit, conjugium inter omnes debere esse honorabile. (4.) quod matrimonium sit consortium omnis vitæ, omnium jurium communicatio *l. 1. ff. de Rit. Nupt. E. & legitimitatis.* (5) quod mulieres maritorum nobilitatem consequantur. *l. 13. C. de dignitat. 12.* (6.) Si mulier illegitima, legitimè nato copulata, manet illegitima, sequitur, quod & liberi, ex illa procreati, sint illegitimi. Ratio connexionis est, quia talis est effectus, qualis est causa; sed posterius est absurdum.



44 SECTIO IV. DE LEGIT. PER OBLAT. CVR.

dum. E. & prius. (7.) quod per matrimonium omne antecedens vitium purgetur, *c. tanta 6. ex. qui filii sint. legit.*

Resp. ad (1.) *l. si quis 3. C. de nat. lib.* loqui de filia naturali curiali, quatenus tali, copulata, qui legitimandi modus abusu recessit. Ad (2.) *1. Cor. 7. vers 4* loqui de uxore incredula, non verò de illegitima, & positò, quod de illegitima loquatur, verbum tamen *sanctificare*; quod ibi habetur, non idem est ac *legitimare*. In (3.) N. C. quia potest conjugium honorabile esse, licet uxor sit illegitima. Ad (4.) Resp., legem allegatam intelligi debere de juri- bus ac rebus, quæ communicari possunt; Legitima verò nativitas, virtus, atque hujus generis alia communicari non possunt. In (5.) N. C. alia enim est ratio nobilitatis, alia legitimitatis. Ad (6.) Resp., illam Peripateticorum regu- lam: *Qualis causa, talis effectus*, intelligendam esse de cau- sa univoca, *quoad predicata necessaria*. Prædicatum verò accidentale, quod causæ convenit, non est necesse effectui convenire, quale est, quando mater *illegitima* dicitur. Vid. B. Stal. *part. I. disp. IV. reg. VII § 3.* Ad (7.) Resp. *c. tanta 6. qui filii sint. leg.* non de personis matrimonium con- trahentibus, sed de iis, qui ex personis contrahentibus an- tea sunt geniti, intelligendum esse.

*Atq; hæc de Legitimatione tam in communi, quam in-  
specie, pro ratione instituti & ingenii modulo dicta sunt. Sæ-  
pe fortè in difficili & subtili hac materia quedam non satis acu-  
tè & curatè sunt proposita, Te, Lectorè Benevole, ut veniam  
eisdem largiaris, rogo obnixè. De cetero Numini Divino  
pro concessis viribus devotò pectore gratias  
ago devotas!*

COROL.





45

# COROLLARIA EX JURE FEVDALI.

**Q** *An feudum in dubio habendum sit pro feudo ex pacto & providentia, an verò pro feudo hereditario? Posterius statuit Cothm. cons. 2. n. 60. Rectius tamen prius cum Dn. Struv. S. J. F. cap. 16. aph. 13. n. 2. affirmatur, quia constituentes propriam & communem feudi naturam respexisse censentur.*

## II.

Si feudum, cui in emtione pactum de retrovendendo adjectum, post mortem emtoris reluatur, quæritur, *an pretium ad solos emtoris filios, tanquam heredes feudales, an verò etiam ad filias pertineat?* Multi prius affirmant, posterius multi. Dn. Struvius S. J. F. c. 4. aph. 15. n. 4. quo cum facio, qui quæstionem simpliciter decidi non posse, putat, sed contractum feudalem inspiciendum, & ex eo colligendum esse, quò animò ac intentione quis feudum cum tali pacto comparaverit.

F 3

III. Si



## III.

Si duo expectativam à Principe impetraverint, & is quidem, qui posteriore tempore, possessionem feudi nactus fuerit, quæritur, *an hic jus potius habeat, quam ille, cui primum expectativa est concessa?* Negativam tuetur Gail. lib. 2. obs. 55. n. 1. seqq. Distingvunt alii, utrum per viam peculiaris gratiæ, an verò per viam contractus expectativam Princeps concesserit, atque priori casu negativæ subscribunt, posteriori affirmativæ. Rectius cum Dn. Struv. S. J. F. cap. 7. aph. 7. n. 2. adducta quæstio affirmatur, quia is, qui habet jus in re, semper potior est illi, qui tantum jus ad rem habet.

## IV.

Feuda regalia dividi prohibentur per *text. II. f. 55. S. 1. versic. præterea*; illa tamen prohibitio usu non amplius observatur, quicquid contra nitantur multi Dn. Struv. S. J. F. c. 9. aph. 5. n. 5.



**A**pprobat hoc specimen Themidos perdocta caterva  
 Promittens Patriæ commoda plura Tuæ.  
 Commoda plura precor; laurus Tibi crescat honori.  
 Crescat & exhilaret Patris amore sinum!

grat. adponeb.

P R Æ S E S  
 Dum



**D**Um nobis tradis, quid legitimatio proſit,  
Legitimè ſtadium Te coluiſſe doces.

*Benevol. & amor. teſtand. cauſ. ſcrib.*

**Johannes Chriſtophorus Falckner/  
J. U. D. & P. P.**

**Q**uam nescit virtus, quae tendit ad astra, teneri,  
quam nescit pariter delituisse diu;

Quin tempeſtivè vis ejus flammea rumpat,  
geſtiat & DOCTIS mox documenta dare?

Sic tua me docuit virtus per tempora quaedam,  
ſpavis AMICE! ſatis dum mihi nota fuit.

Quid? quod jam gaudes oſtendere dogmata DOCTIS  
docta, tuae quae ſunt ſedulitatis opus.

Nec modo publicitus vis exhibuiſſe VIRORUM  
DOCTORUM manibus; quin quatienda dabis!

Nam naturalis qui legitimariet unquam  
filius aut poſſit filia, ritè doces.

Sic pergas! fuerit certo quoq; meſſis HONORUM,  
ut nunc eſt frugum, larga futura TIBI!

Sic amico ſuo conjunctiſſimo & è paucis-  
ſimis familiari de ſpecime egregio,  
ſuo ſolo Marte elaborato, gratula-  
bundus

*raptiſſime fundeb.*

**M. Johann-Michaël Schwimmer/  
Rudolphopoli-Schwarzburgenſis.**

So



SSO SSO  
S O fahre rühmlich fort / und laß die Welt erkennen /  
Was dieser sey zu nennen /  
Der abgesondert lebt / sich selbst / und lieget ob  
Der Künste hohem Lob /  
In seinem Bücher-Staub' umnebelt und vergraben /  
Wo sich die Musen laben.  
Denn kömt man aus sich selbst herfür / und steigt empor /  
Der Ruhm sperrt Thür und Thor  
Durch güldne Schlüssel auff. So kan man denn verlachen /  
Was jene Brüder machen.  
Ich selbst / habe mir hinfüro fürgestellt /  
Zu gehen aus der Welt /  
Und einzig und allein der Todten-Schaar zu leben /  
Die uns kan Ehre geben /  
Denn ist es Zeit genug / wenn man erst hat erlangt /  
Womit die Vorwelt prangt.  
Indessen seh ich hier die schönen Saal-Najaden /  
Sich rein in Silber baden /  
Die freuen sich mit mir / daß dieses niedre Thaal  
In seiner Kinder-Zahl  
Noch findet was da liebt der Nachwelt graue Zeiten /  
Die an den Polus leiten:  
Und meine Elio rufft:

Es bricht ein neuer Sproß von deinen  
Zweigen aus /

Sey froh du edles Saalen-Haus!

Mit diesem geringen wolte seinen Freund  
glückwünschend beehren


Christoph Günther Schellhammer /  
Jenensis.

E I N I S.












Jena, Diss., 1668 Fr-Schr

TA. 02

ULB Halle

3


004 844 785




*[Handwritten scribble]*











*P. N. 43.*

8.

ET. FAVSTVM. *Pri. 27. num 23.*  
 SE. JVBEAT!  
 RITATE. *1668, 38*  
 ORVM. ORDINIS. *21*  
 BITRIO.  
 MAGNIFICI.  
 IRI.  
 LISSIMI. CONSVLTISSIMI  
 ELLENTISSIMI.  
 I. FRIDERICI.  
 IAEREDITARII. IN.  
 TI. ET. ANTECESSORIS.  
 IARIL. SAXONICI. SPECTA-  
 PROVINCIALIS. ET.  
 ASSESSORIS.  
 ISSIMI.  
 OMOTORIS. AC. PA-  
 HONORIS. ET. OBSER-  
 V. DEVENERANDI.  
 EM. JVRIDICAM.  
 E.  
 ATIONE.  
 ET. IN. SPECIE.  
 ITTIT. EXAMINI.  
 REUBERGER  
 NSIS.  
 SPONDENS.  
 ANNI. clc. lcc. LXVIII  
 JOHANNIS. NISII,

